



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Qualiter ei qui fidelis existere voluerint, baptismum sit tribuendum. xv.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

*Vt omnis presbyter vas baptismale habeat.*

*Cap. XIII.*

*Ex cōcil. Meldēsi. cap. 7.* **O**Mnis presbyter qui fontem lapideum habere nequit, uerit, vas conueniens ad hoc solummodo baptizandi officium habeat, quod extra Ecclesiam non deportetur, sed militariter ad corporale lauandū, & ad pallas altaris praeparata habeantur, in quibus nihil aliud fiat.

*Vt nullus presbyter nisi in ciuitatibus baptizare praesumat, excepta causa infirmitatis.*

*Caput XIII.*

*Ex eodē, cap. 48.* **N**emo presbyterorum baptizare praesumat, nisi in ciuitatibus atque temporibus constitutis, nisi causa necessitudinis, vel certae necessitatis, & loca illa auctoritate & priuilegia debita retineant.

*Qualiter ei qui fidelis existere voluerit, baptismum sit tribuendum. Cap. XV.*

*Ex decr. Clemētis papae. cū. etis fidelibus missis, ca. 62.* **S**I quis ergo fidelis voluerit existere, & desiderat baptizari, ex uis prioribus malis de reliquo pro bonis actibus hāeres bonorum caelestium ex gestis propriis fiat. Accedat ad sacerdotem suum, & ipsi det nomen suum, atque ab eodem audiat mysteria regni caelorum. Leuiniis frequentibus orationem impendat, ac semetipsum in omnibus probet, ut mens iam consummando, in die festo possit baptizari. Baptizetur unusquisque in aquis perennibus nomine trinitatis beatitudinis inuocato super se, perunctus primo oleo per orationem sanctificato, ut ita demum per haec consecratus possit percipere locum cum sanctis.

*De martyribus qui sine baptismo martyrium susceperunt.*

*Caput XVI.*

*Ex dictis August.* **C**Athecumenum quāuis in bonis operibus defunctam vitam habere non credimus, excepto duntaxat, si in martyrii sacramenta compleantur. Baptizatus confiteatur fidem suam coram sacerdote, & interrogatus respondeat. Hoc idem martyr coram persecutore facit, qui & confiteatur fidem, & interrogatus respondet. Ille post confessionem aspergitur martyrio, vel uero aspergitur sanguine, vel tingitur igne. Ille manus impositione pontificis accipit spiritum sanctum. Hic habitaculum efficitur spiritus sancti. Non est ipse qui loquitur, sed spiritus qui in illo loquitur. Ille communicat Eucharistiae in commemoratione morti-